PROTOLOGIA
Ad SS. Dñm. Nũm.
CLEMENTEM
PAPAM XI.
Cum Anacrisim dè Suprema Sorte Ecclesiasticorum, ad oscula pedum provolutus Offerret

JOSEPHUS PINTO PEREYRA.



Beatissime Pater.



Idimus Stellam,& venimus adorare:non cum prætiosis Regum muneribus thuris Sabæi, & auri; sed cum parvulis pastorum munuscu- lis, in pellibus & melotis. Ego, Beatissime Pater,sum Clericus Lusitanus,nomineJoseph, nobili genere natus, Doctor in Sacra Theo- logia, & in utroque jure. Anno elapso appuli Vrbem Causa solvendi Votum ad limina Apostolorum: in quadam enim ægritudine a medicis de vita desperatus, emisi tria vota pe- regrinandi reservata,unà cumLauretano.Longà tamen & mo- lesta quinque mensium navigatione fatigatus, peregrinatio- nem intermisi: & ingressus Accademiam Montis Jordanis,

 ubi

ubi fui per aliquod tempus commoratus, invitatus à Convictoribus, & puncto a Directore assignato, Dissertationem habui de præmio vel pœna reddendis in futuro sæculo Ecclesiasticis. Quam typis excussam Sanctitati vestræ dicavi: distuli tamen hucusque ad Sanctitatis vestræ pedes afferre, tam muneris tenuitate diffisus, quam territus splendore Majestatis. Plura alia Opuscula selecta ædificationi Ecclesiæ, & morum reformationi valde utilia scribere cæpi, & in lucem edere meditabar; sed infirmata est in paupertate virtus mea, & oculi mei languerunt præ inopia: & jam fortè perijssem in humilitate mèa, nisi reposita esset hæc spes mea in sinu meo: Quoniam levavi oculos meos in Montes, unde veniet auxilium mihi.

SUPPLEX LIBELLUS
SS. Domino Noſtro
CLEMENTI
PAPÆ XI.
Humillimè oblatus
A JOSEPHO PINTO PEREYRA
Sac. Theologiæ, & U. J. D.

Pro Puellis ſub promiſſione Matrimonii defloratis.

Beatiſſime Pater.



UM Opuſculum de ſuprema ſorte Eccleſiaſticorum, ad oſcula pedum provolutus, Sanctitati Veſtræ offerrem; edixi, me plura alia opuſcula ſelecta, ædificationi Eccleſiæ, & morum reformationi valde utilia, ſcribere cæpiſse. Ideo (1) inſipienter locutus ſum, & quæ ultra modum excederent ſcientiam meam. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pænitentiam in favilla, & cinere. (2) Quis enim ſum ego, ut vadam ad Pharaonem; & (3) me offeram ad prophetandum? Sed quia (4) Spiritus ubi vult ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat: quis ſcit, utrum (5) Excelſus Dominus, qui humilia reſpicit, & alta a longè cognoſcit; (6) abſcondat hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelet ea parvulis. Et ſicut olim (7) puero Danieli revelavit, quomodo pulchram Suſannam, à calumnia per duos Synagogæ Presbyteros impoſita, deffenderet; ita nunc inſpiraverit parvulo Joſeph, qualiter virgines ſeductas, ab in-

(1) *Iob. 44. verſ. 3., & 6.*
(2) *Exod. 3. v. 11.*
(3) *Iſaiæ 6. v. 8.*
(4) *Ioan. 3. v. 8.*
(5) *Pſal. 137. v. 6.*
(6) *Luc. 10. v. 21.*
(7) *Daniel. 13. v. 45. cum ſeqq.*
(8) *2. Reg. 13. v. 15.*
(9) *Pius 2. in Bulla Cum ex Sacrorum. Tridens. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.*
(10) *Matth. 27. v. 24.*
(11) *Luc. 23. v. 24.*
(12) *Hebr. 6. v. 6.*
(13) *Malach. 2. v. 13. cum ſeqq.*
(14) *S. Thomas 4. diſt. 37. quæſt. 1. art. 1. in corpore. Bellarminus in controver. lib. 1. de Clericis cap. 18. Sanchez de matrim. lib 7. diſp. 27. n. 5. & diſp. 28. n. 11. Baſilius. Pontius de matrim. lib. 7. cap 24. n. 7. & cap. 27. n. 4., & 5. Silvius in ſuplem ad 3. p. S. Thoma quæſt. 53. art. 3. q. 1. ibi. Quia ergo cònti-*

injuria, per plures Pseudopresbyteros Ecclesiæ illata, liberaret. Sed judicium de sufficientia Scriptoris, & materiæ utilitate alijs relinquens, jam primum propono punctum, in hunc modum figurans casum. Frequentissimum est in Lusitania, (nescio an in alijs Orbis Christiani partibus) quòd juvenes proci, puellarum amore vulnerati, ut facilius concupiscentiam suam expleant, futuras illis promittant nuptias, & ita florem virginitatis auferant. Postea eas exosas habentes, ut accidit Amnoni (8) violata sorore Thamar; ne datam matrimonij fidem compellantur implere, cum falsis dimissorijs ab alieno Episcopo intra, vel extra Regnum, sacris Ordinibus initiantur. Deinde coram proprio Ordinario se sistunt; & obtenta absolutione suspensionis ob malam ad Ordines promotionem (9) contractæ; levique aliqua pæna imposita; lotis manibus coram populo de sanguine ovium, sicut fecit Pilatus (10) de sanguine Agni; templum convertentes in prætorium, Jesum quotidie (11) morti adjudicant, rursum (12) crucifigentes sibimetipsis Filium Dei super altare: quod vice florum, & thuris operiunt, (13) lacrymis, fletu, & mugitu puellarum despectarum: quæ vel præ nimia tristitia sicut araneæ tabescunt; vel amisso cum virginitate pudore, ingrediuntur vias latas. Impossibile enim reputant (prout passim, sed liberè creditur) se cum hominibus per sacros Ordines Deo, licet injustè, dicatis, posse matrimonium contrâhere. Solemnissimus certè error: cûm verissimum sit, Ordinem sacrum in hoc casu nullum inducere impedimentum. Non ratione ipsius Ordinis; quia Ordo (14) ex se non dirimit; nam olim in Ecclesia Latina Subdiaconi (15) uxores habebant:& etiam hodie in Ecclesia Græca Sacerdotes (16) sunt uxorati. Non ratione voti emissi; quia votum respectu feminæ defloratæ est (17) invalidum; ut-

nentia non est de essentia Sacri Ordinis, aut Sacri Ministerij: ideo non ex sui natura dirimit matrimoniũ ordo Sacer.

(15) *Cap. Ante trienium dist. 31. Sanchez d. lib. 7. disp. 27. n. 5.*

(16) *Cap. Aliter. cap. Cum olim 6. de Clericis coniug. cap. Quæsitum 7. de pænit. & remissionibus.*

(17) *Tum, quia non est Deo acceptum. Ex traditis a S. Gregorio relato in cap. scriptum 14. q. 5. S. Thom. 22. q. 88. art. 2. in corpore. Suarez de religione tom. 2. tra. 6. de voto. lib. 2. cap. 4. & tom. 3. lib. 9. cap. 7. n. 4. Card. de Lugo. de justitia disp. 12. sect. 3. a n. 42. Vasquez tom 3. in 3. p. disp. 246. n. 33. vers. Dico igitur ibi. Quia nullum votum de re, qua est contra jus alterius, Deo est acceptum. Saning. in jus Canonicum lib. 4. t. 6. cap. 2. ibi. Quia Deus non acceptat votum, seu promissionem rei prius alteri promissæ, & in eius præiuditium.* Tum quia vinculum justitiæ, præsertim antecedens, est fortius vinculo religionis subsequente. Vt probat. tex. singularis in cap. Duo mala dist. 13. tex. in utroque cap. si quis servum 17. q. 4. & docent. Abulensis in Matth. cap. 15. q. 26. Suarez d. cap. 7. n. 9. & 17. Vasquez in Opusculis de restitutione c. 3. §. 2. dub. 6. n. 20. Azor p. 1. l. 12. c. 1. q. 15. in fine. & p. 3. l. 5. c. 5. diff. 14. Sanchez in Dec. l. 4. c. 8. n. 11. Lessius de iust. l. 2. c. 10. d. 4. Basil. Pontius de matrim. l. 6. c. 12. n. 11.* Tum denique, quia votum ordinatum ad malum finem, v. g. Ne ius suum reddatur puellæ; est actio formaliter mala, & per consequens, non est votum. Nam (ut S. Aug. dicit) cum nemo Deo authore fiat malus, aut peior: & quilibet in assequendo suum malum finem fiat peior; consequens est quod Deus non sit author assecutionis mali finis: ac per hoc, votum tale, blasphemia, potiùs, quàm votum est. & ad nihil obligat, nisi ad pænitentiam. Vt egregie inquit Caietan. 22. q. 88. ar. 2. in q. Num votum factum de bono supererogationis propter malũ finem, sit vere votum. Suar. d. c. 7. n. 15. ibi. suppono enim sponsam sub spe futuri coniugij in illum actum consensisse. Ergo si postea fraudetur illa spe cum gravi damno, & infamia, fit illi gravis iniuria. Ergo si votum ad hoc ordinetur, est de re illicita. Ergo nec tale votum obligat.*

utpote factum contra præcepta (18) juris naturalis, divini, & canonici: quæ omnia (19) præcipiunt ducere in uxorem puellam sub promisſione matrimonij defloratam. Non ratione præcepti Ecclesiæ; quia Ecclesia non est (20) sibi contraria; nec (21) præcipit injusta, & (22) opposita juri naturali: scilicet; ne (23) adimpleatur promisſio, (24) solvatur debitum, (25) damnum reparetur, & (26) matrimonium cum puella ex fide nuptiarum deflorata contrahatur. Absit enim, ut de filia (27) Principis, cujus pulchri sunt gressus in semitis justitiæ, posſit aliquando dici: Si uidebas (28) furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Idcirco in titulo de seruis non ordinandis Alma æquitatis Mater(29)statuit:Quôd si quilibet seruus fugiens Dominum suum, qualibet calliditate, & fraude ad gradus peruenirit Ecclesiasticos, ut deponatur, & eius Dominus eum recipiat. Et in titulo, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium,decrevit:(30)Quôd licêt inCanonibus habeatur, ut nullus copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat uxore sua uiuente: si tamen uir aliquis uxorem habens, sibi aliam hujusmodi rel insciam copulauerit: & prima mortua nitatur discendere à secunda: quod nisi mulier diuortium petat, ad petitionem uiri non sunt aliquatenus separandi: quia ex eo quod præfata mulier erat inscia, quod ille aliam haberet uxorem uiuentem

(18) *Unde si: vovens, peccat mortaliter contra Religionem, Charitatem, & iustitiam; abutendo Sacramento Ordinis, contemnendo bonum puellæ, & machinando eius damnum: iuxta doctrinam S. Thomæ 22. q. 59. ar. 4. & q. 99. ar. 1., & 3. in corpore. Lessi de iust. lib. 2. c. 10. du. 3. n. 2. & c. 45. d. 3. n. 16.*

(19) Exod. 22. v. 16. *Deuteronom. 22. v. 28. & 29. c. 1 de adulterijs, iuncto c. Ex literis. el. 2. de sponsalibus. Suarez. d. l. 2, de voto. c. 3. n. 8. Molina de iustitia tr. 3. disp. 106. Conclus. 3. Card. de Lugo. d. disp. 12. sect. 2. n. 19.*

(20) *Matth. 12. v. 25. Glossa in Proæmio Decretal. verbo. contrarietatem. ex leg. 2. §. Contrarium 15. codice. de veteri iure enucleando. Suarez. lib. 2. de voto. c. 4. n. 1. ibi. Aliàs obligaretur homo simul ad duo contradictoria atque adeo ad impossibile.*

(21) *Proverb. 8. v. 15. Actor 15. v. 28. c. Erit autem lex. dist. 4. ex S. Isidoro. Etimolog. l. 5. c. 21. Nam, ut inquit S. Thomas 22. q. 57. art. 1. & 4. iustum est obiectum iustitiæ; & lex. est ratio iusti.*

(22) *Naturalia enim iura humana potestas perimere non potest. l. 2. ff. de usu fr. earum rer. quæ usu consum. §. sed naturalia. Inst. de iure natur. gent. & civili. & §. Minus de hæred. quæ ab intest. deffer. S. Thomas. 12. q. 95. art. 2. & 22. q. 70. art. 2. in respons. ad 1. ibi. Nihil autem potest præcipi homini contra id, quod est de iure naturali. Gratianus in c. Sana. §. cum ergo. dist. 9. ibi. Constitutiones ergo vel ecclesiasticæ, vel sæculares, si naturali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ.*

(23. *Cap. qualiter. de pactis. l. 1. ff. eod.*

(24) *Matth. 22. v. 21. Rom. 13. v. 7.*

(25) *Exod. 22. v. 5. & 6. & refertur in cap. si egressus. de iniurijs, & damno dato.*

(26) *Quamvis dos a defloratore offeratur. Cum aliud pro alio, invito Creditori solvi non possit. l. 2. §. mutui. ff. si certum petatur. l. eum a quo. cod. de solut. Sanchez de matrim. l. 1. disp. 44. n. 3. & 8. & l. 8. disp. 36. n. 11. Lessius. de iustitia l. 2. c. 10. d. 4. v. 9. Vasquez tom. 4. in 3. part. tr. de matrim. disp. 6. cap. 4. n. 37. ibi. Quia revera ille qui sic promisit, non satisfaceret, si pro amissa virginitate aliquid aliud daret, quàm seipsum in matrimonium.*

(27) *Cant. 7. v. 1. Psal. 22. v. 3.*

(28) *Psal. 49. v. 18.*

(29) *Cap. 2. de servis non ordinandis. c. Nulli de servili. ubi Aug. Barbosa n. 2. dist. 54. S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 39. art. 3. ad 5.*

(30) *Cap. propositum de eo qui duxit in matrim. quā polluit per adult.*

(31) *Propter suspensionem. Bonacin. de Cens. in part. disp. 3. puncto 7. n. 9.*

tem, dignum non eſt, ut prædictus uir, qui ſcienter contra Canones uenerat, lucrum de ſuo dolo reportet. Si ergo ſeruus fugitiuus, & per fraudem ordinatus, deponitur, & in priſtinam ſeruitutem redigitur, ne eius Domino inferatur injuria. Si adulterium cum fide matrimonij pro non impedimento habetur, ne fœmina ſeducta damnum patiatur: cur Ordo ſacer callidè, dolosè, & fraudulenter receptus poſt defloratione uirginis ſub promiſsione matrimonij, erit, reſpectu illius, impedimentum ſtatus conjugalis: cûm minus dedeceat ſacros Ordines, præſertim, (31) non exercitos, (32) ſtatus conjugalis, qûam (33) ſtatus ſeruitutis: & tam (34) impedimentum Ordinis, qûam (35) impedimentum criminis, ſint ſtatuta jure Eccleſiaſtico. Neque contrarium ſacri Canones diſponunt, dum uniuerſaliter (36) aſſerunt Ordines ſacros dirimere matrimonium ſubſequens; & ad omnimodam caſtitatem ſeruandam obligare: quia loquuntur de Ordinibus jure, non injuria, ſiue paſsiua, ſiue actiua receptis, præſcindendo à circumſtantijs. Suppoſita enim inualiditate uoti (niſi (37) ex deffectu conſenſus prouenerit) in receptione ſacrorum Ordinum emiſsi, tam ante, qûam poſt matrimonium contractum, Eccleſia (38) caſtitatem abſolutè non præcipit: ut patet in ordinatis aut per metum, aut poſt matrimonium ratum: ille enim uel (39) nullum habet impedimentum, uel (40) certe eſt dignus, cum quo facilè diſpenſetur ad contrahendum matrimonium: Iſte uerò ſi inſtanter per Epiſcopum monitus Religionem ingredi noluerit, ſi ſponſa eius inſtiterit, per cenſuram Eccleſiaſticam eſt (41) compellendus contractum matrimonium conſumare. Iniquum (42) enim eſſet, ut ſtatuta pro charitate, & juſtitia, tenerentur contra juſtitiam, & charitatem. Nec regula juris, (43) quôd ſemel Deo dicatum non debeat amplius ad prophanos uſus transferri, militat (44) in præſenti: quia (45) procedit, uel in inanimatis conſecratis, in quibus conſideratur conſecratio in ſuperficie, ut a laicis contingi non debeant; uel in illis, quæ pleno jure Deo dicantur, ab eoque acceptata fuerunt. Conſecrationem autem, votum, & oblatio-

(32) 1. *Thim.* 3. *v.* 2. *&* 12. *& Tit.* 1. *v.* 6. *cap. Nicæna Synod.* 12. *diſt.* 31.

(33) *Cap. de Servorum.* §. *Si vero. diſt.* 54.

(34) *Cap. Diacani* 8. *diſt.* 28. *Trident. ſeſſ.* 24. *can.* 9. *Caſtropalaus de Ordine puncto* 17. *n.* 3.

(35) *Cap. ult. de eo qui duxit in matrimon. Sanchez lib.* 7. *diſp.* 79. *n.* 42.

(36) *Cap.* 1. *&* 2. *qui Clerici, vel voventes. c. unic. de voto. in* 6. *Trid. d. can.* 9.

(37) *Iuxta diſtinctionem Caſtropalai d. pun.* 17. *n.* 12.

(38) *Coninch. de Sacram. diſp.* 20. *dub.* 14. *n.* 160. *ibi. Quia Eccleſia hac lege neminem obligat, quem non poteſt obligare voto. Silvius in ſupl. ad* 3. *p. S. Thomæ q.* 53. *art.* 3. *q.* 2. *ibi. Quia Eccleſiæ conſtitutio non magis obligat ad caſtitatem, quam votum.*

(39) *Sanchez. l.* 7. *diſp.* 29. *n.* 5. *Coninch. l. cit. diff.* 4. *Bonac. de matrim. q.* 3. *puncto* 9. *n.* 11. *ibi. Quia aut obſtat Conſtitutio Eccleſiæ, aut votum ſolemne; ſed neutrum obſtat: ergo nihil obſtat.*

(40) *Baſil. Pontius. de matrim. lib.* 7. *c.* 29. *n.* 3. *Caſtropalaus d. p.* 17. *n.* 13. *Bonacina de voto. puncto* 3. §. 1. *n.* 9.

(41) *Extravag. Antiqua. Ioan* 22. *de voto.*

(42) *Venerabilis Beda, & Hugo Card. in Cap.* 12. *S. Matth.*

(43) *Cap. ſemel.* 51. *de regul. iuris in* 6.

(44) *Ne inde naſcantur iniuriæ, unde iura naſcuntur. cap. qualiter, & quando.* el. 1. *de accuſationibus.*

(45) *Barboſ. in c.* 2. *de ſervis non Ordinandis. n.* 5. *Gonzalez Tellez ibid n.* 10. *verſ. Nec refragatur. Engel. in Collegio iuris Canon. l.* 1. *t.* 18. *n.* 4.

nem

nem personæ, ex justitia alteri absolutè obligatæ, censetur quidem Deus acceptare in quantum persona sibimet præjudicare potest; non autem (46) in præjudicium alterius, cui jam erat jus quæsitum, & damnum illatum. Eia ergo, Beatissime Pater, apprehende arma, & scutum, & exurge in adjutorium miseris. Fulgura coruscationem, & dissipa abominationem desolationis stantem in loco sancto. Fac flagellum de funiculis, & eijce de templo latrones pudicitiæ uirginum. Adimple omnem justitiam, & de domo Domini amoue scandalum. Supple casum in jure omissum Apostolica Auctoritate decernens: Ordinem sacrum receptum post deflorationem uirginis sub promissione matrimonij non esse impedimentum dirimens respectu feminæ defloratæ.

(46) *Ecclesiast. 34. v. 21. cum seqq. Malach. 2. vers. 13. & 14. Matth. 15. ver. 3 cum seqq. ubi Abulensis. q. 26. ibi. Unde Pharisæi quamquam errarent, nunquam tantum erraverunt, quòd dicerent, debita contracta ex mutuo, vel commodato, aut aliàs per humanos contractus, posse tolli, commutando illa in oblationes Dei.* Cùm iud x Deus, iustitiæ charissimæ sibi, exigendæ, tuendæque præsidate; & in eam, omnem summam disciplinæ suæ sanciat. Ut profunde inquit Tertulianus. de pænitentia. cap. 2.*

Omnia S. R. E. judicio humiliter submittens.

S. V. P. O.

Humillimus, & adhuc inutilis Servus

Joseph Pinto Pereyra.

BARCINONÆ MDCCIX.

Superiorum permissu.

